Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

iam. ¶ Amplius haec magis uocantur altitu
dines et motus et maxime tristi-
tiae. ¶ Amplius magnitudines ca
lamitatum et tristitiarum passiones.

Priuatio dicitur uno quidem dicitur
modo si non habet aliquid na
torum haberi. et si non ipsum est natum
habere. ut oculis priuatio dicitur
planta. ¶ Alio uero si aptum natum
habere aut ipsum aut genus non
habet. ut aliter homo cecus uisu priua
tur dicitur et talpa. hec quidem secundum genus
illud uero secundum se. ¶ Amplius si aptum na
tum habere non habet. Cecitas enim
priuatio quedam est. sed cecus non
est secundum etatem omnem. sed in qua
aptum natum est habere si non
habet. Similiter autem et in quorum fuerit. et secundum
quod et ad quod. et ut si non habet aptum
natum. ¶ Amplius cuiuslibet per uim a
blatio dicitur et quotquot ab eo
quod est a apud grecos negationes
dicuntur. nam inequale non habere
equalitatem aptum natum dicitur.
¶ Inuisibile uero et eo quod omnino
non habeat colorem. et eo quod tur
piter. et sine pede et eo quod non
habet habeat omnino pedes. et eo quod paruos.
¶ Amplius eo quod parum habeat ut non igneum.
hoc autem est in parte aliquo modo
habere. ¶ Amplius quod non facile aut non
bene. ut insecabile non solum
quod non secatur. sed quod non facile
aut quod non bene. ¶ Amplius omnino
non habere. cecus enim monoculus
non dicitur sed qui in ambobus habet
non habet uisum. ¶ Propter quod
non omnis bonus aut malus.
aut iustus aut iniustus. sed
et medium.

Habere uero dicitur uno quidem
modo ducere secundum suam naturam
aut secundum suum impetum. propter quod febres
dicuntur habere homines et tyrannos
ciuitates et uestimentum indutos.
¶ Alio in quo existit ut susceptibili.
ut es habet speciem statue et infirmita
tem corpus. ¶ Alio ut continens contentum.
tum. nam in quo est contentum
haberi ab hoc dicitur. ut lagenam habe
re humidum dicimus et ciuitates
homines. et nauem nautas. Sic
autem et totum habere partes. ¶ Amplius prohibens
secundum suum impetum aliquid moueri
aut operari habere dicitur hoc ipsum. ut co
lumpne ponderosa supposita. ut poe
te athlanta faciunt celum habere tam
quam casurum super terram quidam physio
logorum quidem dicunt. Hoc autem modo
continens dicitur que continet habere qua
si separata utique secundum suum impetum
singula. Et in aliquo autem esse
simili modo dicitur et conuenienter
ipsi habere.

Ex aliquo esse uno quidem mo
do ex quo est materia. et hoc
dupliciter aut secundum primum genus. aut
secundum ultimam speciem. puta sunt que
dam ut omnia liquabilia ex aqua
est autem ueluti et ex ere statua. ¶ Alio
uero ex primo mouente principi
o ut ex quo pugna ex conuitio.
hoc enim est principium pugne. ¶ A
lio ex composito et materia et forma.
ut ex toto partes et ex yliade uersus.
et ex domo lapides. finis enim est
forma perfectum uero habens finem.
hec autem ex parte species ut homo et bipede
et sillaba ex elemento. ¶ Aliter enim hec
est statua ex ere non ex sensi
bili materia est composita substantia sed et
species ex speciei materia. Hec quidem igitur
sic dicuntur. Alio uero si secundum partem ali
quam horum aliquis existerit
modorum. ut ex patre et matre pu
er et ex terra plante. quia ex aliqua
parte ipsorum. Alio uero post quod
tempore. ut ex die nox et serenum